

praesentibus Karulo Knut et Alberto Knut, Rudegero et Jenlino fratribus de Geylnowe, Henrico⁶⁾ de Kale, Henrico⁶⁾ de Tychwitz⁷⁾, Henrico⁶⁾ de Kokeritz⁸⁾, Theoderico de Zybleyben⁹⁾, Heydenrico de Burch nostro coquinario militibus nostris et aliis quam plurimis fide dignis.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem wohlerhaltenen Reitersiegel an Fäden von rother Seide. Ein zweites Exemplar, gleichfalls mit dem Reitersiegel an rothseidenen Fäden, enthält die angegebenen Abweichungen in Schreibung der Namen.

Wilkii Ticemannus Cod. dipl. p. 178.

6) Hegerico B. 7) Tychwitz B. 8) Kokeritz B. 9) Zybleyben B.

No. 62. 1305. 1. Apr.

Probst Albert und der Convent beurkunden, dass der vormalige Klosterkellner Friedrich von Hohnstädt 40 Joch Holz und eine halbe Mark im Dorfe Gorbuz zu einer Messerstiftung in der im Kreuzgang zu erbauenden Allerheiligencapelle und zu Errichtung eines Siechhauses zugewendet hat und treffen den Anordnungen des Schenkegebers gemäss Bestimmungen über die Ordnung des Gottesdienstes und die Verwaltung der Einkünfte.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Nos Albertus dei gratia praepositus et Johannes prior totusque conventus canonicorum regularium sancti Thomae apostoli in Lypzk recognoscimus coram cunctis Christi fidelibus tam futuri temporis quam moderni praesens scriptum visuris vel auditoris publice profitentes, quod cum Fridericus de Honstete quondam noster celerarius saluti suae cupiens intendere necnon efficaciter providere de rebus et laboribus suis comparaverit ac dederit et appropriari procuraverit quadraginta iugera lignorum certis limitibus signatorum, prout privilegium desuper confectum continet, et dimidiam marcam pensionis annuae in villa et pago Gorbuz in dotem capellae omnium sanctorum in ambitu ecclesiae nostrae sitae et in usum ac refectionem infirmantium dominorum nostrorum, quibus antea non fuit ab aliquo seu in aliquo provisum, sed ab ipso in praedictis originaliter est provisum in hunc modum: Ut in dicta capella per anni circulum diebus singulis una missa videlicet in die dominica de sancta trinitate, in secunda feria de sancto spiritu, in tertia feria pro defunctis, in quarta feria de domina nostra, in quinta feria de omnibus sanctis, in sexta feria de sancta cruce, in sabatho de domina nostra, nisi festa specialia interveniant, quae propria officia cognita sunt habere, scilicet ut festum paschae per octavam et festum penthecostes usque in diem sanctissimae trinitatis, festum assumptionis Mariae virginis gloriosae per octavam, communis septimana, quae secundum consuetudinem generalem ecclesiae observetur, festum nativitatis Christi cum diebus celebribus continuis usque ad octavam, sine contradictione quolibet impedimento cessante cottidie prout dictum est per unum de nostris dominis ibidem perpetuo celebretur; ut etiam de praedictis proventibus a Friderico de Hoynstete iam quaesitis et ab eo vel a quocunque alio in posterum acquirendis infirmis dominis debilitatis tempore prout opus fuerit inde provisio necessaria ministretur, ita sane quod prior noster et conventus